Iusticia in iusticia libera me due. A rectos de–
Exultate iusti in domino rectos de-
cet collaudacio Confitemini do-
mino in cythara in psalterio
decem cordarum psallite illi Canta-
te ei canticum novum bene psallite
ei in vociferacione Quia rectum est
verbum domini et omnia opera eius in fi-
de Diligit misericordiam et iudicium miseri-
cordia domini plena est terra Verbo domini
celi firmati sunt et spiritu oris eius
omnis virtus eorum Congregans sicut
in utrem aquas maris ponens in
thesauris abissos Timeat dominum om-
nis terra ab eo autem commoveantur omnes
inhabitantes orbem Quoniam ipse dixit
et facta sunt ipse mandavit et creata
sunt Dominus dissipat consilia gencium
reprobat autem cogitaciones populorum et re-
probat consilia principum Consilium
autem domini in eternum manet cogitaciones
cordis eius a generacione in generacio-
nem Beata gens cuius est dominus deus
eius populus quem elegit in hereditatem
sibi De celo respexit dominus vidit omnes
filios hominum De preparato habitaculo suo
respexit super omnes qui habitant terram
Qui finxit sigillatim corda eorum qui